

NVMMVS CASTRENSIS
 CLAVDII GVISII, DVCIS A VMA-
 lij: Cufus ante obfidionem Rupellensem;
 Anno Chrifti 1573.



V M Carolus Nonus Gallorum Rex munitiones eas, quæ Hugonoticæ factionis addictis hospitia præberent, expugnare statuisset, Rupellas primò, urbem in Sanctonia ad littus maris Aquitanici munitissimam, per Philippum Strozam, Bironium, & hunc Claudium Lotharingum Ducem Aumaliensem obsidione cingere, & graviter oppugnare cepit. Vicissim ea virtus defensorum erat adversus vim oppugnantium; ut vanus & inanis prorsus efficeretur tormentorum labor: cum nemo in urbe esset, qui non Reip. laboranti opem ferret. Claudius ex Evangelio (propugnaculo urbis sic dicto) tormenti majoris globo emisso ictus, contra Evangelicos pugnans occumbit, magno sui apud Regios desiderio relicto, nec minore obfessorum lætitiâ. Duravit hæc obsidio ab anni præsignati initio usque ad 16. Junij: quo ipso die Henricus Valesius Dux Andegavensis in castris à legatis Polonorum Rex Poloniæ electus est. Quæ etiam occasione permotus, pacem cum Rupellanis iniit, eamque 10. Julij publicavit. *In nummo plurimum externis auxiliis, & Gallorum imprimis cum Turcis confederationi tribuere videtur Guisus. Conjecturam facit, quod non modo usitatæ nobis hæste, scûta, gladij, bombardæ; sed & Turcorum sarissæ, phætreæ, arcus, sagittæ ad pedes sæmina conspiciantur.* Bucholtzerus.

Author.